Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nono Juri consentaneum est sententias non debere esse frustratorias seu elusorias l. Judex 55. ff de re judic. l. l. cum servo 65. § cum prator ff ad Trebell. l. si patrong 12. § si qs 3. ff de bon. libert. At si executiones sententiarum adversus immediate Imperij subiectos illicite essent, et quoad bona Jurisdictioni Judicantis subiecta, cuius tamen est exequi et si ab alio Judicatum sit l. 1. vbi Bart. n° 1. et l. cum Ung 12. § ut q possidere et ibi Bart. n° 1. ff de reb. auctor. Jud. poss. et tollerentur, ut Arresta per hanc constitutionem, des Sutis adversus tales latos elusoria fierent.

Decimo sequeretur ei illius absentium Comitem Judicialem cognitione omne artificiose subtrahere posse. Nam si coram Duce conveniatur, Exceptio ei parata esset, solum Imperatorem suum competente esse Judicem, si coram Imperatore vel in Camera competentem Judicem allegaret, qb. versutiis facile consequeretur, quod Adversarij esse in obrio sen finis litis frustrati nitrio desidera cogerentur, et sic Justicie commodis privarentur.

Vndecimo. Hec eo magis Arrestum est, quod summa condemnationis cum executione congruere non videatur, Non enim summam contentiosam tantum, sed et contumaciam non parentis Sutis hoc nostro casu inspiciendam ord statuentium. Cum autem minor est summa, eo major contumacia existit, Ad. ut l. Unic. ff si qs Jg dicenti Canon. in c. quoniam frequenter § in alijs, vt lite non contestata. et c. de cons 4. de Of. et potestate Jud. deleg. Licet et summa non sit adeo exigua, vt omnes eam facere nititur, qa Sutis non solum de expensis, sed et de multa principali ratione delicti reservata cantat, quod scilicet Holzbanerum captivum per Ducis Landtsfurstlich Obrigkeit perduxit.